



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primu[m] est iniusta p[er]secutio[n]is occasio

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Ber. de scō Thoma Cantu

Secūdo est recta et iusta patientis affectio.
Tertiu est varia persecutiois conditio

Primu est iniusta persecutio
Occasio. Hic. ix. Et inique ageret laborauerunt. Rex em Anglie et sui sarrape ex pueria affectioe ad iniustas regni consuetudines contra libertates et iura ecclesiastica gloriosum thoma persecuti sunt. Potestas em publica et res et personas ecclesiasticas usurpabat: et indifferenter causas ecclesiasticas ut seculares ad suu trahabat examine: et concubabat ut populus sic sacerdos Sap. xliij. Interueniente tempore calescenti iniqua consuetudine hic error tanquam lex custodit est. Hec ibi. Unde patet quomodo persecuti sunt Thoma qui iura ecclesiastica possidet defendebat. Sicut em de Nicola papa in decretis dist. x. c. lex. Rex impatorum non est supra leges dei. sed subtrus imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica dissoluere. Hec ibi. Ideo sicut dicit Isidorus in synonymis et in decretis dist. xj. c. usus. Usus auctoritati cedat. prauum usum lex et ratio vincat. Hec ibi. Quis iustus: quomodo irrationabile quod iura ecclesiastica ledant ex pueria et iniqua consuetudine. Tales utique ecclesiam ut filii matris debent defendere in eam crudeliter fecerunt: eam expugnant. Hi itaque non veri ecclesie filii: sed de synagoga sathane sunt. neque serui christi: sed potius dicendi sunt antichristi. Joan. ij. Nunc antichristi multi facti sunt.

Secundo contemplanda est
recta et iusta patientis affectio. Job. xviij. Rescribit iustus viam suam: et mundis manibus addet fortitudinem. Hec ibi. Vir itaque dei sic recta affectionem gerat ad christum et ecclesiam ut nec minis nec blanditijs flecti possit. Firmiter em in animo statuit: aut ecclesiam de tate seruitutis miseria liberare: aut ad christi imitationem animam per ecclesiam ponere quasi dei. illud Esa. xxxvij. Protegam ciuitatem istam. scilicet ecclesiam ut saluem eam. scilicet ab iniustis usurpationibus. Semel tamen contigit ut vir mitissimus de quo: unda episcoporum consilio quibus dispendium membrorum et vite ab antiquo regis odio inuenerit videbat: de quibus utique magis quod de proprijs agebat periculum: et tamen pro instanti necessitate quasi viro quodammodo magis

per suasionibus deceptus peritosis regis verbotten consentiret. sed quod obseruarent regie consuetudines. et sic tamen ipse quasi illi quibus timebat: sed cum dispendio cause corporis euasere periculum. Si autem queris verum illud iuste et sancte factum fuerit: Dicitur quod non: quoniam ut determinat doctor scotus. ij. q. xliij. Et temporalia bona que sunt proprium aliorum cuius sint interdum dimittenda propter scandalum evitandum: vix si scandalum oriat propter infirmitatem vel ignorantiam: nisi aliter sedare illud scandalum. Secus autem esset si nasceret ex malicia. Tunc em non essentibus in modo di bona temporalia dimittenda: quia hoc iudicare et bono communi. Daret em malis rapere occasio. Et hoc etiam ipsi raptores bus noceret qui retinendo aliena in peccato remanerent. Tamen bona temporalia alicui commissa ad dispensandum et conservandum sicut bona ecclesie committunt prelatis. et bona communia quibusdam reipublice rectoribus: multo modo sunt propter scandalum dimittenda. quia talium conservatio sicut et depositio: imminet his quibus sunt commissa ex necessitate. Hec doctor sanctus. Archiepiscopus igitur thomas in prefata liberatione corporum ex consensu sui dato regis consuetudinibus ruinam metuis animarum durissimam penam egit. ij. Paral. xxxij. Postquam coangustatus est oravit dominum deum suum et egit penam valde coram deo: deprecatusque est eum et obsecratus intente. Hec ibi. Austerioribus quippe alimentis: et idu mentis se afflixit et se a difficillimo officio suspendit donec per confessionem et condignos penae fructus a romano fuit pontifice absolutus et restitutus. Unde bene quanta cordis incurrit angustiam: quantum tristitia pro illo peccato quod metu partim: et partim ex aliorum consilio perpetravit. et quod peccato plurimum credidissent omnino excusandum. In his utique apparet euidenter recta sancti viri affectio et virtus atque iusticie perfectio. Nam ut dicit Gregorius in moralibus. Quanto maioris lumen gratie quod percipit: tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit. Hec ille. Et lapsus autem per penam purgato cautior atque firmiter surrexit: et de cetero se in seculo posito perseveravit firmissime. ij. Cor. viij. Que sunt deum tristitia est penam in salutem stabilem operatur. Hec ibi.

Tertio contemplanda est va